UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Amos abbate. Cap[itulum]. xvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

quidē ab eorū furore defendit: ⁊ fide ꝓcepta templū illud in honore beate virginis dedicandū obtinuit: oēmqꝫ populum baptizare fecit. ¶ Poſt hec cuz die quadā ſanctus in villa ruſliaco ꝓdicaret: mltitudis ranaꝝ garulitate prepedit⁹: ranis illis vni excepte perpetuū ſilētiū impoſuit: qđ vſqꝫ in pñti in ipo loco miraculoſe permanſit. Quieuit in pace anno.lx.etatis ſue.iij.kalen.aprilis.ſepultus in vrbe arelateñ. in eccleſia apoſtolorū quā ibidem conſecrauit.

¶ De ſancto Amos propheta. Cap.xvi.

AMos propheta nō fuit pater iſaie: vt plures putāt. Nam iſaias nobili genere nobili parēte exortus eſt. hic aūt paſtor et ruſticus fuit aliſqꝫ lrīs ꝙ ille apđ hebreos ſcribit: vt hieronymus tradit: q̄ litterarū differentia apud latinos nō habet. Fuit autē cognatio huius ex oppido thecua: qđ ſex milibus a bethleem diſtat: curāqꝫ gerens pecorum in latitudine cāpoꝝ q̄ ꝓximi ſunt oppido thecue: in q̄bus humi arido atqꝫ arenoſo nihil oīno frugū gignit: ſed vberrimis paſcuis abūdāt: ⁊ iđ cuncta ſunt paſtoribus plena: ⁊ ſterilitatis terre cōpenſat pecorū multitudie. Et numero iſto paſtorū fuit amos imperit⁹ ſermone: ſed plenus ſcia. Prophetauit aūt iiſdē tēporibus q̄b⁹ ioel: naū: ionas: oſee: iſaias: ſꝫ aliquātulū exorſus eſt ꝓphetare ante iſaiā: videlicet tēporib⁹ hieroboā filij ioas regis iſrael ⁊ amaſie regis iuda. Miſſuſqꝫ eſt vt cōtra gētes illas que ei⁹ lectione cōprehendunt irā dei venturā denūciaret: ⁊ maxie cōtra.x. trib⁹ iſrl': vt euerſionē domus hieroboā ⁊ calamitatē populi prediceret. Qđ cū ſignificaſſet amaſias ſacerdos bethel hieroboā regi ex mādato ipius ꝓhibuit amos ne vltra in regno.x. tribuū prophetaret. Cū aūt amos ceſſare nollet: dicēs ſe nō eſſe ꝓphetā ſed paſtorē miſſum a dño frequēter illuz amaſias plagis afflixit. Tandē fili⁹ eius ozias frequēter eū increpās: vecte per tēpora tranſfixit: ⁊ ſemiuiuus in terrā ſuam deductus poſt dies aliquot dolore vulneris expirauit pridie kalen.aprilis. Sepultus eſt cū patribus ſuis. Hec hieronymus ⁊ ioſephus. hic propheta ex numero.xij. prophetarū eſt qui in ſanctorū patrum catalogo Eccl'.xlix.c. conſcribuntur.

¶ De ſancto Amos abbate. Cap.xvij.

AMos abbas in deſerto ſcythi pater fuit quaſi.M.ccccc.monachoꝝ cenobij qđ dicebat tebarnēſe: q̄ erāt ingētis abſtinentie viri habentes vſui indui collobiis quaſi ſaccis lineis ⁊ pelle confecta a collo poſt tergū ⁊ latus deſcendēte cōtegi: cucullis etiā caput operiri maxime cū ad ſumēdū cibū veniebat: eiſqꝫ faciē velare: ne alius alium parti⁹ eſcā ſumentē dep̄hēderet: habētes ſummum ſilentiū: ita vt nec putaret eſſe in illo loco quiſq̄ hoim vbi ſedebat ad mēſas. Et oīs eorū congregatio ſic erat poſita in multitudine: ac ſi eoꝝ quiſqꝫ fuiſſet in ſolitudine dum ita lateret vniuſcuiuſqꝫ abſtinētia: vt ab alio cognoſci non poſſet. Sedebāt ad mēſes cōtinētes magis ꝙ cibos ſumētes: vt nec defuiſſe mēſis nec ventri ſatiſfeciſſe viderent: q꞉ maioꝝ v̄tus eſt his abſtinere q̄ in oculis habent: ⁊ manibus. ¶ Poſt gubernatā ſ̄o ⁊ regulatā cōgregationē ad deſertū nitrie acceſſit: vbi dū eſſet: rogauit duos ad ſe veniētes: vt ſibi doliū a ciuitate deferrēt neceſſariū ad aquā colligendā: illiqꝫ ꝓmiſerūt. Recedentes autem alterum eorum penituit: ⁊ deferre recuſauit: eo ꝙ per deuexa et prerupta montiū nollet camelū lōgo itinere: ⁊ ꝑiculo exponere. Alter vo nō habēs camelū cū deuotiōe portauit aſino: qđ ita leuiter aſin⁹ tulit: ac ſi nullo pōdere onerat⁹ incedēs. Qui dū ad cellā deuenit: amos illū gratāter excepit: eiqꝫ camelum comitis ſui mortuum eſſe nunciauit: eo ꝙ promiſſuz attēdere noluit. Illeqꝫ reuerſus ita euenisse comperuit. Quieuit in domino vir dei pridie kalen.aprilis. hec in vitis patrum.

¶ De ſancto Amonio abbate. Cap.xviij.

AMonius abbas in deſerto interiori nitrie plen⁹ charitate habitauit cū duob⁹: q̄ ſibi carne ⁊ ſpū fratres erāt. Quoꝝ alter euſebius: alter eutimus vocabat: tertiū ꝙ germanuz dioſcoꝝ nomie habuit: qui ep̄s fuit: hic aūt fratres ſuos predictos ⁊ alios monachos: ac ſi nutrix filios cōfouebat: qui ⁊ monaſterium muro vallatum cōſtruxerat: in quo ⁊ puteum foderat oībuſqꝫ neceſſarijs inſtruxerat. Et dum quidaz frater ſaluari volēs ad eū veniſſet q̄rēs cellulā vacātem in qua habitare poſſet: īpoſuit ei vt ſe in ſuo cenobio expectaret: donec ad requirēdū accederet. Abiēſqꝫ ꝓcul ab eo loco ſibi cellulaz paruiſſimā fecit: in q̄ habitare cepit: ⁊ fratri q̄ aduenerat monaſteriū cū oībus q̄ in eo fuerāt reliq̄t. Sed ſi plures fuiſſent q̄ ad eū veniſſent ſaluari cupiētes: vir ſanctus oībus fratrib⁹ cōgregatis: ⁊ cū alacritate eū iuuātibus locellum vna die conſtruebat. Et dū aduene qui venerāt ad eccleſiam vel ad refectionem inuitati eſſent vnuſquiſqꝫ de fratrib⁹ amonij de ſuis cellulis neceſſaria ꝓferebāt: ⁊ nouas cellulas conſtruebāt: ita vt nihil vtēſiliū que requirūtur deeſſet: nec tamen cuiuſq̄ collatio nota foret. Regreſſi ergo hi quibus cellule fuerāt preparate: eas ingreſſi oīa inueniebāt que ad vſum neceſſaria erant. Et hec ipſa amonius ſepius ſumma charitate iterauit. Hec in vitis patrum.

¶ De ſancta Balbina virgine. Cap.xix.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN